



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

&. 77. Colloquium inter Espernonium Ducem, & Navarræ Regem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

fovere recusabat, nam cum Regina Ma-  
ter sibi in Lusitaniam jus competere  
crederet, hocque Regnum sibi a Phi-  
lippo II. ereptum quereretur, hinc Rex  
eidem concessit, ut Cameracum reti-  
nere posset, donec Hispaniæ Rex Lusi-  
taniæ jacturam eidem compensasset.

## §. LXXVII.

*Colloquium inter Espernonium Du-  
cem, & Navarræ Regem.*

Postea Henricus Rex, ut novis Pro-  
testantium tumultibus obviaret,  
eisdem indulgit, ut Montalbani in Ca-  
durcis suos cœtus celebrare possent,  
dummodo eis Regis nomine Pompo-  
nius Belleutrens secretioris Consilii Se-  
nator interesset: insuper Espernonio  
Duci negotium dabat, ut Navarræ Re-  
gem inviseret, perinde acsi ejusdem  
Matri, quam post adeptam regiam  
dignitatem nondum inviserat, sua ob-  
sequia præstiturus advenisset, re ipsa au-  
tem toto conatu Navarræ Regi persua-  
deret, ut ad Ecclesiæ Catholicæ si-  
num redire, atque Aulam accedere  
vellet, cum id ei non modo utile  
foret, eoquod facile totam Guisio-  
rum factionem hac ratione dissipare,  
sed etiam Regno, cujus proximus hæ-  
res esset, tranquillitatem procurare va-  
leret: equidem Espernonius demanda-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1584.  
tum explebat negotium, irrito tamen  
successu, quippe in quodam conventu  
hanc in rem Bearnæ habito fancieba-  
tur, ut Navarræ Rex in sua secta con-  
stans permaneret, ac nullatenus Au-  
lam accederet.

## §. LXXVIII.

*Hujus colloquii exitus.*

**P**aulopost celebris Mornæus Plessius,  
qui apud Navarræ Regem pluri-  
mum auctoritate, & gratia valebat,  
hujus colloquii relationem publici juris  
fecerat, eo fine, ut jactanter Prote-  
stantibus, quod ipsorum Caput in sua  
Secta constans, firmumque persistat, ob  
oculos poneret, hacque ratione unio-  
nis vinculum, quo invicem colligati  
essent, arctius constringeret: verum  
Catholici, qui majori Religionis studio  
animati diffensionum flammam inter Se-  
ctarios magis accendere satagebant, hu-  
jus Viri oratione utebantur, ut Hen-  
ricum æque, ac Navarræ Regem in-  
visos redderent, quapropter in vulgus  
spargebant, quod Espernonius in Bear-  
niam venisset nequaquam pacis consti-  
tuendæ causa, aut Navarræ Regem  
ad Majorum sacra reducendi studio, sed  
id factum dicebant, ut in Catholico-  
rum perniciem occultum cum Navarro,  
& Sectariorum factione foedus iniret,  
cum